uat: et ego auctoritate eiusdem dei ⁊ dn̄i nostri ie-
su xp̄i et beatoꝝ aplōꝝ petri ⁊ pauli: et dn̄i nostri
domini. N. diuina ꝓuidentia sūmi pontificis et
virtute gratie tibi cōcesse et electionis qua me in
tuū cōfessorē elegisti in hac parte michi cōmissa:
absoluo te ab oībus peccatꝭ tuis: de quibus corde
contritus et ore michi confessus es. et ab omībus
alijs peccatis tuis de quib⁹ si tue occurrerent me
morie confiteri velles: ab omni fractiōe votorū:
et ab omni omissiōe penitēciarū salutariū sacra
mentaliter tibi iniūctarū: et ab omni trāsgressi-
one diuinoꝝ mādatoꝝ tibiq̄ȝ cōcedo plenā indul
gentiā oīm pctōꝝ tuoꝝ inquantū claues eccl'ie ⁊
potestas dn̄i p[illegible]e se extendūt. Et si immiscendo
te diuinis sic innodatus es aut vnq̄ȝ fuisti. qd ali
quā notā irregularitatis cōtraxisti: vel penā su-
spensiōis interdicti: seu excōmunicatiōis incurri-
sti. eandē auctoritatē tollo et amoueo. tecūq̄ȝ di-
spenso ⁊ sacramētis eccl'ie te restituo. In nomine
patris ⁊ filij ⁊ spirit⁹ sācti. Amē. Alia absolutio
si infirm⁹ nō hēat bull[illegible] de plena absoluti
Dominus iesus [illegible] one ⁊ remissiōe pctōꝝ.
xp̄us qui dixit b[illegible] petro ceterisq̄ȝ discipu

lis suis quodcunqꝫ ligaueritis super terrā erit li-
gatū et in celis. et quodcūqꝫ solueritis super ter-
raz: erit solutū et in celis. ipse te. N. absoluat ab oī
bus peccatis tuis. q̄cūqꝫ cogitatione: locutione:
operatione. negligēter egisti. atqꝫ a nexibꝰ pctō-
rū tuoꝝ absolutū perducere dignetur ad regna
celoꝝ. Qui viuit ⁊ regnat cū deo patre in vnita
te spiritus sancti deus. Per oīa secula seculoꝝ.
(Amen. Oremꝰ.

DEus misericors deus cle-
mens qui secūdū multitudinē miseratio-
num tuarū peccata per penitentiā deles. ⁊ pteri-
torū criminū culpas venia remissionis euacuas:
respice super hūc famulū tuum. N. et remissionē
sibi omniū peccatoꝝ suoꝝ tota cordis confessiōe
poscentē deprecatus exaudi. renoua in eo piissi-
me pater quicquid fragilitate corruptū: vel quic
quid dyabolica fraude viciatuz est: et in vnitate
corporis ecclesie tue mēbruz percepta remissione
restitue. Miserere dn̄e gemituū eius miserere la-
chrymarū ⁊ non habentē fiduciaz nisi in tua mi-
sericordia: ad sacramentū reconsiliatiōis admit
(te. Per xp̄m dn̄z nostrū. Oremꝰ.

DA nobis q̄s dn̄e vt sicut publicani precibus ⁊ in con
fessione placatus es: ita vt huic famulo tuo pla-
care dn̄e: ⁊ precibus eiꝰ benignꝰ aspira: vt in con
fessione flebili permanēs ⁊ peticione perpetuam
misericordiā tuā celeriter exoret. sacrisqꝫ altari-
bus restitutꝰ. diuino rursus famulatui mancipe
tur. Per christuz dominū nostrū. amē. Oremꝰ.

Ordo ad inūgēdū īfirmos.

Omnipotēs sempiterne deus: qui per iacobū apl'm tuū induci p̄sbiteros eccl'ie: et vngere oleo infirmos precepisti: presta q̄s: vt digneris p manus nostras hunc famulum tuum. N. de oleo sanctificato vngere ꝛ bene✠dicere. hoc autem quod nos exteri⁹ tua carismata complectimur: hoc interius spiritualiter tua diuina virtus ac inuisibiliter tua malagmata operentur. Per xp̄m dn̄m nostrū. Amen. Notādū tamē est q̄d vnctio non debꝫ finiri anteq̄ꝫ forma incipiat: nec forma finiri anteq̄ꝫ vnctio incipiat. huic ꝯcordat dictū scoti sup. iiij. di. vij. ¶ Tūc sacerdos accipiat oleum infirmoꝝ super pollicē dextrū: et sic cū pollice tangat infirmū oleo sctō. signuꝫ crucis faciēs super vtrūq̄ꝫ oculū infirmi incipiēdo ad dextruꝫ oculū hoc modo dicēs. Per istam sāctaꝫ vn✠ctionem ꝛ suā pijssimā miam: et per intercessioneꝫ beate marie virginis et oīm sāctoꝝ indulgeat tibi dominus quicquid peccasti per visum. Amen. ¶ Semper em̄ accipiat sacerdos de predicto oleo infirmoꝝ et nō ab alio donec oēs seq̄ntes vnctiōes finiant ad aures. Per istam sanctā vn✠ctionē et suā pijssimā miam: et per intercessionē btē marie virginis ꝛ oīm sāctoꝝ indulgeat tibi domin⁹ quicq̄d peccasti per auditū. Amē. Ad labia. Per istam sāctaꝫ vn✠ctionē: et suā pijssimā miaꝫ: ꝛ p intercessionē btē marie ꝟginis: ꝛ oīꝫ sctōꝝ indulgeat tibi dn̄s q̄cq̄d peccasti p gustū ꝛ illicita ꝟba. Amē. Ad nares di. Per istā sctām vn✠ctionē: ꝛ

suā pijssimā miaz: ꝑ intercessionē btē marie virginis: ⁊ oīm sctōꝝ indulgeat tibi dn̄s qcq̄d peccasti per odoratū. Amē. Man⁹ infirmi sacerdotꝫ debēt vngi i ptib⁹ exteriorib⁹: nā et eius vngebat in ptibus interiorib⁹. Man⁹ vero cuiuscūq alteri⁹ ifirmi dñt vngi interi⁹: sup man⁹ dicēs. Per istā sanctā vn ✠ ctionē: et suā pijssimā miaz et per intercessionē btē marie ꝟginis: et oīm sctōꝝ indulgeat tibi dn̄s qcq̄d peccasti ꝑ tactū ⁊ operationē. Amē. Ad pedes dī. Per istā sāctaz vn ✠ ctionē. ⁊ suā pijssimā miaz: ⁊ per intcessionē btē marie virginis ⁊ oīm sctōꝝ indulgeat tibi dn̄s qcq̄d peccasti ꝑ incessū pedū. Amē. Ad cor dicēs. Per istā sāctaz vn ✠ ctionē et suā pijssimā miaz: et ꝑ intercessionez beate marie virginis ⁊ omniū sanctoꝝ īdulgeat tibi dn̄s quicq̄d peccasti per illicitas cogitatiōes. Amē. Sup vmbilicū dicens. Per istaz sanctam vn ✠ ctionem et suam pijssimam misericordiam: et per intercessionem beate marie virginis. et omniū sanctorum indulgeat tibi dominus quicquid peccasti per ardorē libidinis. amē. Completio vnctionis. In nomine patris et filij et spiritus sancti. sit tibi hec vnctio ad purificationem mentis et corporis: et ad munimen et defensionem contra iacula immundorum spirituum. Amen. ¶ Sacerdos lauet manus suas cū sale et aqua in vase quo stuppe olei ponūtur que igne cremantur. Postea dicat sacerdos hanc orationem cum Oremus.

Ordo ad inungendum infirmos.

Domine deus saluator noster qui es vera salus et medicina: a quo omne medicamentum venit: quique iacobi apostoli tui voce nos instruis: ut languidos olei liquore tangentes tue postulemus misericordiam pietatis: respice propicius super hunc famulum tuum. N. et quem languor cruciat ad exitum: et virium defectus trahit ad occasum: medela tue gracie restituas ad salutem. Sana quoque quesumus domine omnium medicator febrium: cunctorum languorum cruciatus egritudinumque: et dolorum omnium dissolue tormenta. viscerum ac cordium interna medica. medullarum quoque et cogitationum sana discrimina: ulcerum varietatumque putredines euacua: conscientiarum atque plagarum obducito cicatrices veteres: immensasque remoue passiones. carnis ac sanguinis materiam reforma: delictorumque cunctorum veniam tribue. sicque illum pietas tua iugiter custodiat: ut nec ad corruptionem aliquando sanitas: nec ad perditionem nunc te auxiliante perducat infirmitas: sed fiat illi hec olei sacrati perunctio mortis et morbi atque languoris presentis expulsio: et peccatorum omnium exoptata remissio. Qui cum deo patre viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen. ¶ Facta unctione totaliter expediens est ut sacerdos ante communionem inquirat ab infirmo an aliqua alia peccata sibi ad memoriam occurrant: de quibus non erat confessus. Nam posset esse quod aut per deuotas orationes sacerdotis siue aliorum deus cor infirmi illustraret: et daret ei gratiam verius et plenius confiteri. Et postea interroget eum sacer. si re-

cognoscat corp⁹ & sanguinē dñi nr̄i iesu xp̄i sic di cēdo. Frater credis quod sacramētū quod tracta tur ī altari sub forma panis est verū corp⁹ et san guis dñi nr̄i iesu xp̄i. Rn̄deat īfirm⁹ dic. Credo. Deide cōicet infirm⁹ nisi pri⁹ cōicat⁹ fuerit: & nisi de vomitu vel alia irreuerētia ꝓbabl'r timeat. in quo casu sacer. dicat īfirmo sic. Frater in hoc ca su sufficit tibi vera fides et bona volūtas: tantū crede & māducasti. Isti nō dn̄t sūere corp⁹ xp̄i ꝟs⁹

Dū vomit infirmus: non debet sumere corpus.
Christi nisi credit: credēdo fideliter egit.
Ebrius/insanus/erroneus/& male credens
Et pueri corpus: xp̄i non suscipiant hij.
Non nisi mense semel: aliqs ꝯmunicet eger.

Et nota q̄ sacer. īfirm⁹ & cōicand⁹ induet stola. Hic cōicet īfirm⁹ sacerdote dicēte hoc mō. Corp⁹ dn̄i nr̄i iesu xp̄i custodiat corp⁹ tuū & aīam tuā in vitā eťnā. Amē. Deide dicat sacer. sine Dn̄s vo biscū. sed tm̄ cū Oremus. orōnē seq̄ntē q̄ nō dr̄ ni (si tm̄ qn̄ īfirm⁹ cōicet. Orō.

Domine sācte pater omps̄ eťne de⁹ te fideliter dep̄camur: vt huic fratri nr̄o. N. accipiēti sacrosc̄tm corp⁹ & sāguinē iesu xp̄i filij tui dn̄i nr̄i: tā corporis q̄ aīe sit salus. Per eūdem dn̄m nostrū. Orem⁹. Orō.

Deus q̄ pctōres & scelerū onere dep̄ssos sacer dotib⁹ tuis ostēdere iussisti. De⁹ q̄ discipulis tuis vt bn̄ haberēt man⁹ sup īfirmos ponere p̄ce pisti. De⁹ q̄ p ap̄los tuos īfirmos sacro oleo vnge re & p eis orare docuisti. De⁹ q̄ per īpositiōem ma

nus sacerdotū cū sui sancti nominis inuocatiōe
pctā relaxare voluisti: exaudi orationes nostras:
et da huic famulo tuo infirmitatis nota oppresso:
per hoc sacrū mysteriū quod nos famulos tuos ī-
dignos agere voluisti remissionē oim pctōꝝ. qua
tinus p hanc olei sacrati vnctionē: et corporis ac
sanguinis tui pceptionē. atqꝫ manꝰ nr̄e impositi
onem cūcta ei facinora scti sp̄ūs gratia relaxent.
sanitates aīe ꝛ corporis restituant: vt nō plus ei
noceat ꝯscientie reatꝰ sui ad penā q̄ꝫ indulgentia
et recōsiliatio ad veniā. Per xp̄m dn̄m nostrum.
Amē. Si ep̄us adest absoluat īfirmū ꝛ dicat has
orationes. sin autē sacerdos hec ꝯpleat. Oratio.
Dominus iesus xp̄us apud te sit: vt te defē-
dat: intra te sit: vt te reficiat. circa te sit. vt
te cōseruet. ante te sit. vt te deducat. post te sit vt
te iustificet. sup te sit. vt te bn̄dicat. q̄ cū patre et
sp̄ū sctō viuit ꝛ regnat deꝰ. Per oīa secl'a se. amē.
Benedicat te pater/ sanet te dei filiꝰ/ illumi-
net te sp̄ūs sāctꝰ/ corpus tuū custodiat/ aīaꝫ
tuam saluet/ cor tuuꝫ irradiet/ sensū tuū dirigat
et ad supernā vitā te pducat. qui in trinitate per
fecta viuit ꝛ regnat deꝰ. Per oīa scl'a sclo'ꝝ. Am.
Benedicat te deus celi: adiuuet te xp̄us filiꝰ
dei: corpus tuuꝫ in suo sctō seruicio custodi
ri ꝛ cōseruari faciat: mentē tuā illuminet: sensuꝫ
tuū custodiat: gratiam suā ad pfectū aīe tue ī te
augeat: ab omi malo te liberet: dextera sua te de-
fendat. qui sanctos suos semp adiuuat: ipe te ad
[illegible] cōseruare dignetur. Qui cuꝫ patre ꝛ spi

titu scto viuit et regnat de⁹. Per omnia secula secu

Benedicat te deus pater qui i (culoꝝ. Amen.
principio cūcta creauit. benedicat te dei fi-
lius qui de supernis sedibus ꝓ nobis saluādis de
scendit. benedicat te spiritus sanctus qui in simi
litudine columbe in iordanis flumine requieuit
in xp̄o. Ipseq̄ te in trinitate sanctificet. quē oēs
gentes venturū expectant. Qui cū patre et spiri-
tu sancto viuit et regnat deus. Per omnia secula se

Benedicat te de⁹ (culorū. Amen. Oremus.
pater custodiat te iesus xp̄us. illuminet te
spiritus sanctus omnibus diebus vite tue. confir-
met te virt⁹ xp̄i. indulgeat tibi dn̄s vniuersa de-
licta tua. Qui cū patre et spū scto viuit et regnat
de⁹. Per oīa secula seculorū. Amē. Benedicat te
deus pater q̄ te creauit. Amen. Bn̄dicat et sic p sin
gulas bn̄dictiones seq̄ntes. Benedicat te dei fili
us. q̄ pro te passus est. Amē. Bn̄dicat te spūs scūs
qui in te effusus est. amē. Bn̄dicat te ꝟgo et mater
regis eterni. amē. Bn̄dicant te angeli et archāgeli
principat⁹ et potestates. amē. Bn̄dicant te nouem
ordies angeloꝝ regni celestꝫ. amē. Bn̄dicāt te vi
ginti quattuor seniores: q̄ āte thronū dei sūt. amē
Bn̄dicāt te ꝟtutes et dn̄atiōes. amē. Bn̄dicāt te
throni cherubin et seraphin. amē. Bn̄dicāt te patriar
che et pphē et apli dn̄i. ā. Bn̄dicāt te martyres et cō
fessores. ā. Bn̄dicāt te monachi et ꝟgines dei. amē
Bn̄dicāt te celū et terra mare et oīa que in eis sūt
amē. Bn̄dicant te sol et luna et oīs benedictio q̄

est in sctis scripturis scripta sup te veniat amen Quod ipse prestare dignet. Qui cum patre et spũ sãcto viuit et regnat de⁹ in secl'a seculor. Amen.

Sciendũ est aũt q̃ nõ licet alicui ministrare sacramentũ vnctionis extreme nisi tm̃ sacerdoti. Vñ si aliquis nõ sacer. attẽptaret hoc facere: nichil faceret ɔsecrato. ¶ Loca vero vngẽda sũt sup̃adicta et nõ alia nisi ĩmutelatis ĩ qb⁹ dñt vngi loca magis ꝓpiq̃. ¶ Et notãdũ qd si sacer. aliquib⁹ partib⁹ inũctis aliis restãtib⁹ ad vngendũ defecerit. ꝑtes tñ vncte nõ sũt iterato vngende: sz q̃ restant vnctiões vngẽde: per sacerdotẽ aliũ aliũ sunt cõplende. Potest eñ sacer. vno clerico pñte ĩfirmũ vngere: et etiã sñ clerico ĩ necessitatis articl'o. ¶ Moneãt freq̃nt sacer. parochiãos suos q̃d oẽs. xiiii. annor et amplius se exhibeãt ad sacramẽtũ vnctionis extreme suscipiẽdũ q̃ñ metus mortis iminet. ¶ Doceãt etiã eos q̃ hoc sacramentũ licite põt iterari sine aliqua iiuria. Vnde quotiẽs hõ ɔualuerit: et noua ĩfirmitas iterato supuenerit ex qua fuerit metus mortis põt idez hõ in vnaquaq; hm̃õi infirmitate vngi. In eadez quoq; infirmitate hoc sacramẽtũ iterari põt: nã ĩ egritudie diuturna debet fieri: q̃ñ videt adducere ad mortẽ. ¶ Si illũ articulũ euadat eadez infirmitate durãte: etiam postea ad statũ similez reducatur iter põt iungi: q2 ali⁹ est ĩfirmitatis stat⁹: licz sit eadẽ ĩfirmitas. Et si aliqs post hoc sacramẽtũ ɔualuerit nichilomin⁹ ad op⁹ ɔiugale et ad oẽ op⁹

honestũ licite poterit reuerti. ¶ Hoc sacramentũ nõ est ↄferendũ eũtib⁹ ad bellũ: vel duellũ: nec pegrinis aut nauigãtib⁹ vel hijs q̃ statĩ occidendi sũt: qꝛ talis mors non ĩminet ex defectu nature. ¶ Similit̃ pueri frenetici: furiosi vł aliq̃ alij huiusmõi alienationẽ mentꝭ paciẽtes. eo q̃d debitã discretionẽ deuotiõis et spe penitentie nõ habeãt ad hoc sacramentũ nõ admittãt̃ nisi forte frenetici furiosi vł amentes ĩ sana mente ↄstituti hoc sacramentũ petierit: vł alias ante hmõi passiõez seu alienationẽ de sua salute fuerint solliciti. tũc nichilominꝰ ↄsulitur hoc sacramentũ eis fiducialiter ministrari. ¶ Institutiõe lãbeth pechm̃ sic scribit̃ in vltimo casu. ¶ Nota q̃d tpe interdicti nõ debꝫ ↄferri sacramentũ vnctiõis extreme nec alia sacramenta exceptis bapt. ↄfirmatiõe pnia ⁊ viatico existẽte ĩ articulo mortis tm̃ ↄferendo.

ORdo in agenda mortuoꝝ cũꝫ aĩa in agonia fuerit et in dissolutione sui a corpore laborauerit. conueniãt fratres ⁊ ↄmendent aĩam suaꝫ xpo. Antiphona. Subuenite sancti dei occurrite angeli domini suscipientes animã eius offerentes eam in conspectu altissimi. Kyrieleyson. Xpeleyson. Kyrieleyson. Pater noster. Oremus.

TIbi domine commendamus animã famuli tui. N. vt defunctus seculo tibi viuat et que pro fragilitate mũdane conuersationis peccata admisit tu venia misericordissime pietatis absterge. Qui viuis ⁊ regnas cũ deo pr̃e. Oremꝰ.

Misericordiam tuam domine sancte pater omnipotens eterne deus pietatis effectu rogare pro aliis cogimur qui pro peccatis nostris supplicare nequaquam sufficimus tamen de tua confisi gratuita pietate et solita benignitate clementiam tuam deposcimus: ut animã famuli tui. N. ad te reuertentem cũ pietate suscipias. Assit ei angelus testamenti tui michael. et per manus sanctorũ tuorũ inter sanctos et electos tuos in sinibus abrahe: ysaac et iacob patriarcharũ tuorum eam collocare digneris: quatinus liberata de principibus tenebrarũ et de locis penarũ. nullis iam primeue natiuitatis vel ignorantie aut proprie iniquitatis seu fragilitatis confũdatur erroribus: sed potius agnoscatur a tuis. et sancte beatitudinis requie perfruatur ut cum magni iudicij dies aduenerit inter sanctos et electos tuos resuscitatus gloria manifeste contemplationis tue perpetuo satietur. Per christum dominũ nostrum. Amen.

In exitu israel de egypto: dom⁹ iacob de populo barbaro. Facta est iudea sanctificatio eius: israel potestas eius. Mare vidit et fugit: iordanis conuersus est retrorsum. Montes exultauerunt ut arietes: et colles sicut agni ouium. Quid est tibi mare quod fugisti: et tu iordanis quia conuersus es retrorsum. Montes exultastis sicut arietes: et colles sicut agni ouium. A facie domini mota est terra: a facie dei iacob. Qui cõuertit petram in stagna aquarũ: et rupem in fõtes aquarũ

Non nobis domine non nobis: sed nomini tuo da gloriam. Super misericordia tua et veritate tua: nequando dicant gentes ubi est deus eorum. Deus autem noster in celo: omnia quecunqꝫ voluit fecit. Simulacra gentium argentum et aurum. opera manuum hominum. Os habent et nō loquentur. oculos habent et non videbunt. Aures habent et non audient: nares habent et non odorabunt. Manus habent et non palpabunt: pedes habent et non ambulabunt. non clamabunt ī gutture suo. Similes illis fiant qui faciunt ea: et omnes qui confidunt in eis. Domus israel sperauit in domino: adiutor eorum et protector eorum est. Domus aaron sperauit in domino: adiutor eorum et protector eorum est. Qui timent dn̄m sperauerūt ī dn̄o. adiutor eoꝝ et ꝓtector eoꝝ est. Dominus memor fuit nostri: et benedixit nobis. Benedixit domui israel: benedixit domui aaron. Benedixit omnibus qui timent dominum: pusillis cuꝫ maioribus. Adijciat dn̄s super vos: sup vos et super filios vos. Bn̄dicti vos a domino: qui fecit celum et terram. Celum celi domino: terram autē dedit filijs hominum. Non mortui laudabunt te domine: neqꝫ omnes qui descendunt in infernum. Sed nos qui viuimus benedicimus domino: ex hoc nunc et vsqꝫ in seculum. Suscipiat te christus qui vocauit te et in sinu abrahe angeli deducant te. Kyrieleyson. Xp̄eleyson. Kyrieleyson. Pater noster. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus qui humano corpori animam ad similitudinem tuam inspirare dignatus es dum te iubēte puluis in puluerem reuertitur tu ymaginem tuam cum sanctis et electis tuis eternis sedibus ꝑcipias sociari eam reuertentem de egypti partibus blande leniter(que) suscipias et angelos tuos sanctos ei obuiam mittas viam(que) illi iusticie demonstra et portas glorie tue aperi. Repelle quesumus ab ea omnes principes tenebrarum et agnosce depositum fidele quod tuū est suscipe domine creaturā tuā non ex diis alienis creataz: sed a te solo deo viuo et vero quia non est alius preter te domine et non est secundū opera tua. Letifica clementissime deus animam serui tui et clarifica eam in multitudine misericordie tue. Ne memineris q̄sumus domine iniquitatum eius antiquarū et ebrietatuz eius quas suscitauit furor mali desiderii. Licet enim peccauerit tamen te nō negauit: sed signo fidei insignitus te qui omnia et eum inter omia fecisti fideliter exorauit. Qui viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Dilexi: quoniam exaudiet dominus: vocem orationis mee. Quia inclinauit aurem suam michi: et in diebus meis inuocabo. Circūdederunt me dolores mortis: et pericula inferni inuenerunt me. Tribulationez et dolorem inueni: et nomē dn̄i inuocaui. O dn̄e libera animā meaz misericors dn̄s et iustus: et deus noster miseret.

Custodiens paruulos dñs: humiliatus sū et liberauit me. Conuertere aīa mea in requiē tuā: qr dñs bñfecit tibi. Quia eripuit aīam meā de morte: oculos meos a lachrymis pedes meos a lapsu.

Credidi (Placebo dño: in regione viuorum. propter quod locut⁹ sū: ego autē humiliat⁹ sum nimis. Ego dixi in excessu meo: omis homo mēdax. Quid retribuā dño: pro oīb⁹ que retribuit michi. Calicē salutaris accipiā: et nomē dñi inuocabo. Uota mea dño reddā corā oī populo eius: preciosa in conspectu dñi mors sanctorum ei⁹. O dñe qr ego seruus tuus: ego seru⁹ tu⁹ et fili⁹ ancille tue. Dirupisti vincula mea tibi sacrificabo hostiā laudis: et nomen dñi inuocabo. Uota mea dño reddā in cōspectu oīs populi eius: in atriis

Laudate (dom⁹ dñi ī medio tui hierusalē. dñm omēs gentes: laudate eū omēs popli. Qm̄ cōfirmata est super nos misericordia eius: et

Confitemini (veritas dñi manet ineternū. dño qm̄ bonus: qm̄ in seculū misericordia eius. Dicat nūc israel qm̄ bonus: qm̄ in seculum mia eius. Dicat nūc dom⁹ aaron: qm̄ in seculū misericordia ei⁹. Dicāt nūc q̄ timent dñm: qm̄ ī seculū mia eius. De tribulatione iuocaui dñm: et exaudiuit me in latitudine dñs. Dñs michi adiutor: non timebo qd faciat michi homo. Dñs michi adiutor: et ego despiciā inimicos meos. Bonū est confidere in dño: q̄ confidere in homine. Bonū est sperare in dño: q̄ sperare in principibus.

Omnes gentes circuierūt me: ⁊ in nomine domi
ni quia ultus sum in eos. Circūdantes circunde
derunt me: ⁊ in nomine domini: quia ultus sum
in eos. Circundederunt me sicut apes et exarse
runt sicut ignis in spinis: ⁊ in nomine domini q̄z
ultus sum in eos. Impulsus euersus sum vt ca
derem: et dominus suscepit me. Fortitudo mea
et laus mea dominus: et factus est michi in salu
tem. Uox exultationis et salutis in tabernaculis
iustorū. Dextera dn̄i fecit virtutē dextera dn̄i ex
altauit me: dextera dn̄i fecit virtutē. Non moriar
sed viuā: et narrabo opera dn̄i. Castigans casti
gauit me dn̄s: et morti non tradidit me. Aperite
michi portas iusticie ⁊ ingressus in eas cōfitebor
dn̄o: hec porta dn̄i iusti intrabūt ī eaz. Cōfitebor
tibi qm̄ exaudisti me: et fact⁹ es michi in salutez.
Lapidem quē reprobauerūt edificātes: hic fact⁹
est in caput anguli. A dn̄o factū est istud: ⁊ est mi
rabile in oculis nostris. Hec est dies quā fecit dn̄s
exultemus ⁊ letemur in ea. O dn̄e saluū me fac o
dn̄e bn̄ prosperare: bn̄dictus q̄ venit in nomine
dn̄i. Bn̄diximus vobis de domo dn̄i deus dn̄s: et
illuxit nobis. Cōstituite diē solēpnez in cōdensis
vsq̧ ad cornu altaris. Deus meus es tu ⁊ cōfite
bor tibi: deus meus es tu ⁊ exaltabo te. Cōfitebor
tibi qm̄ exaudisti me: et fact⁹ es michi in salutez.
Confitemini dn̄o qm̄ bon⁹: qm̄ in seculū mia eius

Beati immaculati in via: qui ambulant in le
ge dn̄i. Beati qui scrutant testimonia eius

in toto corde exquirũt eũ. Non enĩ q operant iniq-
tatem: in viis eius ambulauerũt. Tu mandasti
mãdata tua custodiri nimis. Utinã dirigant vie
mee: ad custodiendas iustificatiões tuas. Tunc
non cõfundar: cũ perspexero in omnibus mãdatis
tuis. Cõfitebor tibi in directõe cordis: in eo qđ di-
dici iudicia iustitie tue. Iustificationes tuas cu-
stodiã: nõ me derelinquas vsquequaqz. In quo cor-
rigit adolescẽtior viaz suã: in custodiendo sermo-
nes tuos. In toto corde meo exq̃siui te: ne repel-
las me a mandatis tuis. In corde meo abscondi
eloquia tua: vt non peccẽ tibi. Bñdictus es dñe:
doce me iustificatiões tuas. In labiis meis: pnũ-
ciaui oĩa iudicia oris tui. In via testimonioꝝ
tuoꝝ delectatꝰ sũ: sicut in oĩbus diuiciis. In mã-
datis tuis exercebor: et considerabo vias tuas.
In iustificatiõibꝰ tuis meditabor: nõ obliuiscar
sermones tuos.
Retribue seruo tuo: viui-
fica me et custodiaz sermones tuos. Reuela
oculos meos: et ꝯsiderabo mirabilia de lege tua.
Incola ego sũ in terra: nõ abscõdas a me manda-
ta tua. Cõcupiuit aĩa mea desiderare iustificati-
ones tuas: in omni tempore. Increpasti supbos:
maledicti q̃ declinãt a mãdatis tuis. Aufer a me
opprobriũ et contemptũ: quia testimonia tua ex-
quisiui. Etenim sederunt principes et aduersũ
me loquebãtur: seruus autez tuus exercebatur
in iustificationibus tuis. Nam et testimonia tua
meditatio mea est: et cõsiliũ meũ iustificatiões tue.

Adhesit pauimento aīa mea: viuifica me scḋm
verbū tuū. Vias meas enunciaui ⁊ exaudisti me
doce me iustificatiōes tuas. Viā iustificationuȝ
tuarū instrue me: ⁊ exercebor in mirabilib⁹ tuis
Dormitauit aīa mea pre tedio: cōfirma me ī ver
bis tuis. Viam iniqtatis amoue a me: et de lege
tua miserere mei. Viam veritatis elegi: iudicia
tua non sū oblitus. Adhesi testimonijs tuis dn̄e:
noli me confūdere. Viam mādatoꝝ tuoꝝ cucur-
ri: cū dilatasti coꝛ meū.
Legem pone mi-
chi dn̄e viaȝ iustificationū tuarū: ⁊ exq̄raȝ
eam sēper. Da michi intellectū ⁊ scrutabor legē
tuam: ⁊ custodiā illā ī toto coꝛde meo. Deduc me
in semita mādatoꝝ tuoꝝ: quia ipsaȝ volui. In-
clina coꝛ meū in testimonia tua: ⁊ non ī auariciā
Auerte oculos meos ne videāt vanitateȝ: in via
tua viuifica me. Statue seruo tuo eloquiū tuuȝ:
in timoꝛe tuo. Amputa oppꝛobꝛiū meū qd̄ suspi
catus sū: quia iudicia tua iocūda. Ecce concupi-
ui mandata tua: in equitate tua viuifica me. Et
veniat super me mīa tua dn̄e: salutare tuū scḋm
eloquiū tuū. Et respondebo expꝛobꝛantib⁹ mi-
chi verbū: quia speraui in sermonib⁹ tuis. Et ne
auferas de oꝛe meo verbuȝ veritatis vsq̄quaq̄:
q2 ī iudicijs tuis sup speraui. Et custodiā legē tu
am sēper: in seculū ⁊ in seculū seculi. Et ambula
baȝ in latitudine: q2 mandata tua exq̄siui. Et lo
quebar de testimonijs tuis in cōspectu regū: ⁊ nō
confundebar. Et meditabar in mādatis tuis: que

dilexi. Et leuaui manus meas ad mandata tua
que dilexi: et exercebor in iustificationibus tuis.
Memor esto verbi tui seruo tuo: in quo michi
spem dedisti. Hec me cõsolata est in humi
litate mea: quia eloquiũ tuũ viuificauit me. Su
perbi iniq̃ agebant vsq̃quaq̃: a lege aũt tua nõ
declinaui. Memor fui iudicioꝝ tuoꝝ a seculo dñe
et consolatus sum. Defectio tenuit me: pro pctõ
ribus derelinquẽtibus legẽ tuã. Cantabiles mi
chi erant iustificatiões tue: in loco peregrinatio
nis mee. Memor fui nocte nõis tui dñe: et custodi
ui legem tuã. Hec facta est michi: quia iustificati
ones tuas exq̃siui. Porcio mea dñe: dixi custodire
legem tuã. Deprecatus sũ faciem tuã in toto cor
de meo: miserere mei scdm eloquium tuũ. Cogita
ui vias meas: et cõuerti pedes meos in testimõia
tua. Paratus sũ et non sum turbatus: vt custodiã
man data tua. Funes peccatorũ circũplexi sunt
me: et legẽ tuã non sum oblit⁹. Media nocte sur
gebam ad cõfitendũ tibi: super iudicia iustifica
tionis tue. Particeps ego sũ oĩm timentiũ te: et
custodientiũ mãdata tua. Misericordia tua dñe
plena est terra: iustificationes tuas doce me.
Bonitatem fecisti cum seruo tuo dñe: secun
dum verbũ tuũ. Bonitatem et disciplinã et
scientiã doce me: quia in mandatis tuis credidi.
Priusq̃ humiliarer ego deliqui: ꝓpterea eloquiũ
tuum custodiui. Bonus es tu: et in bonitate tua
doce me iustificationes tuas [illegible]

per me iniquitas superborꝫ: ego autem in toto
corde meo scrutabor mandata tua. Coagulatū
est sicut lac cor eorum: ego vero legem tuam medita
tus sum. Bonuꝫ michi quia humiliasti me: vt di-
scam iustificationes tuas. Bonuꝫ michi lex oris
tui: super milia auri et argenti. Manus tue domi
ne fecerunt me et plasmauerunt me: da michi in
tellectum vt discam mandata tua. Qui timent
te videbunt me et letabuntur: quia in verba tua su
persperaui. Cognoui domine quia equitas iudi-
cia tua: et in veritate tua humiliasti me. Fiat mi
sericordia tua vt consoletur me: secundū eloqui-
um tuū seruo tuo. Ueniant michi miserationes
tue et viuam: quia lex tua meditatio mea est. Cō-
fundantur superbi quia iniuste iniquitatem fece-
rūt in me: ego autem exercebor in mādatis tuis
Conuertantur michi timentes te: et qui nouerūt
testimonia tua. Fiat cor meū immaculatū in iu-
stificationibus tuis: vt non confundar.

Defecit in salutare tuū anima mea: et in ver
bum tuuꝫ supersperaui. Defecerunt oculi
mei in eloquiū tuū: dicentes quando consolabe-
ris me. Quia fact' sum sicut vter in pruina: iusti
ficatiōes tuas non sū oblitus. Quot sūt dies ser-
ui tui: quādo facies de persequentib' me iudiciū
Narrauerūt michi iniqui fabulationes: sed non
vt lex tua. Omnia mādata tua veritas: iniq̄ per
secuti sūt me adiuua me. Paulomin' consūma-
uerūt me in terra: ego autē non dereliqui manda

tā tua. Secūdum mīam tuā viuifica me: et custodiā testimonia oris tui. In eternū dn̄e: verbum tuū permanet in celo. In generatione et generationem veritas tua: fundasti terram et permanet. Ordinatione tua perseuerat dies: quō omnia seruiunt tibi. Nisi qđ lex tua meditacio mea est: tūc forte periissē in humilitate mea. In eternum non obliuiscar iustificationes tuas: quia in ipsis viuificasti me. Tuus sū ego saluū me fac: qm̄ iustificationes tuas exq̄siui. Me expectauerūt peccōres vt perderent me: testimonia tua intellexi. Omnis cōsūmationis vidi finē: latū mandatū tuū nimis.

Quomodo dilexi legē tuā domine: tota die meditatio mea est. Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo: quia in eternum michi est. Super omnes docentes me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est. Super senes intellexi: quia mandata tua quesiui. Ab omni via mala prohibui pedes meos: vt custodiam verba tua. A iudicijs tuis non declinaui: quia tu legem posuisti michi. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: super mel ori meo. A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnem viam iniquitatis. Lucerna pedibus meis verbum tuum: et lumen semitis meis. Iuraui et statui: custodire iudicia iusticie tue. Humiliatus sum vsquequaque domine: viuifica me secundum verbum tuum. Voluntaria oris mei beneplacita fac domine: et iudicia tua doce me.

Anima mea in manib⁹ meis semper: et legē tuā non sum oblitus. Posuerūt peccatores laqueum michi: et de mādatis tuis nō erraui. Hereditate acquisiui testimonia tua in eternū: quia exultatio cordis mei sunt. Inclinaui cor meū ad faciēdas iustificatiōes tuas in eternū: propter retributionem.

INiquos odio habui: et legem tuam dilexi. Adiutor et susceptor meus es tu: et in verbum tuū supersperaui. Declinate a me maligni: et scrutabor mādata dei mei. Suscipe me secundum eloquiū tuū et viuā: et nō cōfundas me ab expectatione mea. Adiuua me et saluus ero: et meditabor in iustificatiōib⁹ tuis semper. Spreuisti oēs discedentes a iudiciis tuis: quia iniusta cogitatō eorū. Preuaricantes reputaui omēs peccatores terre: ideo dilexi testimonia tua. Confige timore tuo carnes meas: a iudiciis enī tuis timui. Feci iudiciū et iusticiā: non tradas me calūpniātib⁹ me. Suscipe seruū tuū in bonū: non calūpniētur me superbi. Oculi mei defecerūt in salutare tuū: et ī eloqū iusticie tue. Fac cū seruo tuo scdm miam tuam: et iustificatiōes tuas doce me. Seruus tu⁹ sum ego: da michi intellectū vt sciam testimonia tua. Tempus faciendi dñe: dissipauerunt legem tuā. Ideo dilexi mādata tua: super aurū et topazion. Propterea ad oīa mandata tua dirigebar: oēm viā iniquā odio habui.

MIrabilia testimonia tua domine ideo scrutata est ea anima mea. Declaratio sermonū tuorum illuminat:

et intellectũ dat paruulis. Os meum aperui et attraxi spiritum: quia mandata tua desiderabã. Aspice in me et miserere mei: scdm iudiciũ diligẽcium nomen tuum. Gressus meos dirige secundum eloquium tuum: et non dominetur mei omnis iniustitia. Redime me a calumnijs hominum: vt custodiã mandata tua. Faciem tuam illumina super seruum tuum: et doce me iustificationes tuas. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: qa non custodierũt legem tuam. Iustus es domine: et rectum iudicium tuum. Mandasti iustitiam testimonia tua: et veritatem tuam nimis. Tabescere me fecit zelus meus. quia obliti sunt verba tua inimici mei. Ignitum eloquium tuum vehemẽter: et seruus tuus dilexit illud. Adolescẽtulus sum ego. et cõtemtus. iustificationes tuas nõ sum oblitus. Iustitia tua iustitia ineternum: et lex tua veritas. Tribulatio et angustia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea est. Equitas testimonia tua ineternum: intellectum da michi et vi(uaz.

Clamaui in toto corde exaudi me dñe: iustificatiões tuas requirã. Clamaui ad te saluũ me fac: vt custodiã mandata tua. Preueni in maturitate et clamaui: et in verba tua super speraui. Preuenerũt oculi mei ad te dilu: vt meditarer eloquia tua. Vocẽ meã audi secundũ miaz tuã dñe: et secundũ iudiciũ tuũ iustifica me. Appropinquauerunt persequentes me iniquitati: a longe autẽ tua longe facti sũt. Prope es tu do

mine: et omnes vie tue veritas. I nitio cognoui
de testimonijs tuis: quia in eternum fundasti ea.
V ide humilitatem meā & eripe me: quia legē tuā
non sum oblitus. I udica iudiciū meū & redime me
propter eloquiū tuū viuifica me. L onge a pctō-
ribus salus: quia iustificationes tuas non exq̄sie-
rūt. M isericordie tue multe dn̄e: scd̄z iudiciū tuū
viuifica me. M ulti q̄ persequūtur me & tribulant
me: a testimonijs tuis non declinaui. V idi p̄uari
cantes & tabescebā: quia eloquia tua nō custodie
runt. V ide quoniam mandata tua dilexi domine
in misericordia tua viuifica me. P rincipiū v̄bo
rū tuorum veritas: in eternū oīa iudicia iusticie tue

P Rincipes persecuti sunt me gratis: et a ver
bis tuis formidauit cor meuz. L etabor ego
super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa
I niq̄tatez odio habui & abhominatus sum: legem
autez tuā dilexi. S epties in die laudem dixi tibi:
super iudicia iustitie tue. P ax multa diligētibus
legem tuaz: et non est illis scandalū. E xpectabā
salutare tuū domine: et mandata tua dilexi. C u
stodiuit anima mea testimonia tua: et dilexit ea
vehementer. S eruaui mandata tua et testimo-
nia tua: quia omēs vie mee in conspectu tuo. A p
propinquet deprecatio mea in conspectu tuo dn̄e:
iuxta eloquiuz tuū da michi intellectum. I ntret
postulatio mea in conspectu tuo: scd̄m eloquium
tuum eripe me. E ructabunt labia mea hymnuz
cum docueris me iustificationes tuas. P ronun-

ciabit lingua mea eloquium tuum: quia omnia mandata tua equitas. Fiat manꝰ tua vt saluet me: quoniam mandata tua elegi. Concupiui salutare tuuȝ domine: et lex tua meditatio mea est. Uiuet aīa mea et laudabit te: et iudicia tua adiuuabunt me. Erraui sicut ouis que periit: quere seruum tuum domine: quia mandata tua non sum oblitus. Aſi. Chorus angelorum te suscipiat et in sinu abrahe te collocet: et cum lazaro quōdam paupere eternam habeas. Requiem eternā dona eis dn̄e. Et lux perpetua luceat eis. Kyrieleyson. Xp̄eleysō. Kyriel. Pater nr̄. Oremꝰ. Orō.

D Iri vulneris nouitate percussi et quodam modo cordibus sauciati: misericordiam tuam mundi redemptor flebilibus vocibus imploramus: vt cari nostri animam ad tuam clementiam qui fons pietatis es reuertentē: blande leniterq; suscipias. et quas illa ex carnali commoratione contraxit maculas: tu deus inolita bonitate clementer deleas: pie indulgeas: obliuioni in perpetuum tradas: atq; hanc laudem tibi cum ceteris reddituram: et ad corpus quandoq; reuersuram/sanctorum tuorū cetibus aggregari precipias. Qui cum deo patre et spiritu sancto viuis et regnas deus. Per omnia secula seculor. Amē.

Hic roget sacerdos circunstantes orare pro eo. Pater noster. Et ne nos inducas in tentationem Requiem eternam dona eis domine. Et lux perpetua luceat eis. Anima eius in bonis demoret.

Et semen eius hereditet terram. Non intres in iudiciū cum seruo tuo dn̄e. Quia non iustificabit in conspectu tuo oīs viuēs. A porta inferi. Erue dn̄e aīas eorū. Requiescant in pace. Amen. Dn̄s vobiscū. Et cū. Orem⁹. Orō.

Partem bea(te resurrectionis obtineat vitamq̄ eternā habere mereatur in celis per te iesu xp̄e saluator mundi. Qui cū deo patre et spiritu sancto viuis et regnas deus. Per om̄ia secula seculorū. Orō.

Deus cui soli competit medicinam prestare post mortē: presta q̄sum⁹: vt animā famuli tui. N. terrenis exuta contagijs: in tue redemptionis parte muneretur. Qui viuis et regnas. &c. Postea lauet sacerdos a sacerdotib⁹. Post induat vt ordo exigit: & in feretro ponat & aspgat & icēse(tur. & dicat hec oratio.

Suscipe dn̄e aīam serui tui q̄ de ergastulo huius seculo vocare dignatus es: et libera eam de principibus tenebrarū: et de locis penarū: vt absoluta omniū vinculis delictor̄ quietis ac lucis eterne beatitudīe perfruatur: et inter sctōs & electos tuos in resurrectionis gloria resuscitari mereat. Qui viuis & regnas deus. Per oīa secula seculor̄. Notanduz qd̄ post cōmendationē cōmunē sic dicendū est Añ. Requiem eternaz dona eis dn̄e. Et lux perpetua luceat eis. Kyriel. xp̄eleyson. Kyriel. Pater noster. Et ne. Requiē etnā. Et lux. Credo vidē. In (terra. A porta. Erue. Dn̄s vo. Et cū.

Absolue q̄s dn̄e aīas famulor̄ famularūq̄ tu

arum ab omi vinculo delictoꝝ vt in resurrectio-
nis gloria inter sanctos ⁊ electos tuos resuscita-
ti respiret. Per xp̄m dn̄m nr̄z. Amē. Requiescāt i
pace. Amē. In ꝓcessiōe pro mortuo asp̄gat corp⁹
ctoreē ꝑ eo cū psalmo. De profundis. ⁊c. Kyriel.
Xp̄el. Kyriel. Pater noster. Et ne nos. Requiē e-
nā. Credo videre. A porta iferi. Reqēscant in pa
ce. Dn̄s vobiscuz. Oremus. Orō. Omp̄s sēpiterne
deus. orō. Inclina dn̄e. orō. Quesum⁹ dn̄e ꝓ tua.
orō. Absolue. orō. Fideliū de⁹ oīz conditor. Tūc
deportet ad ecclīaz cū R̄. Libera me dn̄e. cuz ec-
clesie appropinquauerit dicatur Antiphona.



In paradisū deducāt te angeli i tuo ad

uentu suscipiāt te martyres ⁊ ꝑducāt te in ciui-

tatē sātaz hierusalē. p̄s. Miserere. Kyriel. Xp̄el. Kyriel. Pat nr̄. Et ne.
Reqēz etnā. Credo vide. A porta. Dn̄s vobiscū.
Oremus. orō. Omp̄s sēpitne de⁹ q̄ nunq̄ sine spe.
orō. Fideliū de⁹. Et cū deportet corp⁹ ad ecclīaz
icipiat R̄. Libera me. vel cū oīb⁹ r̄nsoriis seqn̄ti
b⁹ si tp̄s fuerit ꝑlixū icipiēdo ad primū R̄. oīb⁹ ꝑ
cantatꝫ repetāt si necessitas fuerit. ⁊ cū ecclie ap-

pinquauerit cã ter. ℟. Libera me. cũ ꝟ. In para-
disũ. si placz Kyrie. xpẽl. Ky-
riel. Pater noster. De modo
dicẽdi exeq̃as defũctoꝝ. Añ. Placebo. Euouae.

Dilexi qm̃ exaudiet dñs: vocẽ ora- (ps.
tionis mee. Quia inclinauit aurẽ suaz
michi: et in dieb⁹ meis inuocabo. Cir-
cũdederũt me dolores mortis: ⁊ pericla
inferni ĩuenerũt me. Tribulatõez ⁊ dolorẽ ĩueni
⁊ nomẽ dñi ĩuocaui. O dñe libera aĩaz meã miseri
cors dñs ⁊ iust⁹: ⁊ de⁹ nr̃ miseret. Custodiens par-
uulos dñs: humiliatus sũ et liberauit me. Conuer
tere anima mea ĩ requiẽ tuã: quia dñs bñfecit ti-
bi. Quia eripuit aĩam meã de morte: oculos me-
os a lacrimis. pedes meos a lapsu. Placebo dño ĩ
regione viuorũ. Requiem eternam dona eis do-
mine: et lux perpetua luceat eis. Antiphona.



Lacebo domio in regione viuoruz. Añ.

Ad dñm cũ tribularer (ps.
clamaui: ⁊ exaudiuit me.
Dñe libera aĩam meã a labijs Heu me. Euouae.
iniquis: et a lingua dolosa. Quid det tibi aut q̃d
apponat tibi ad linguã dolosaz. Sagitte potẽtis
acute cũ carbonibus desolatoriis. Heu michi q̃a
incolatus meus prolongatus est: habitaui cũ ha-

bitantib⁹ cedar: multū incola fuit aīa mea. Cum his q̄ oderūt pacē erā pacificus: cū loquebar illis impugnabant me gratis. Requiem eternā. Añ.



Eu me quia incolatus meus prolonga-



Euaui ocu- los meos in mō- tes vnde veniet auxi- lium michi. (tus est. Añ. Dn̄s. Euouae. Auxiliū meū a dn̄o: qui fecit celuz et terrā. Non det in cōmotionez pedē tuū: neq̧ dormitet qui custodit te. Ecce non dormitabit neq̧ dormiet: qui custodit israel. Dominus custodit te dominus protectio tua: super manum dexteram tuā. Per diē sol non vret te neq̧ luna p noctem. Dn̄s custodit te ab om̄i malo: custodiat animam tuaz dn̄s. Dominus custodiat introitum tuum et exituz tuū: ex hoc nunc et vsq̧ ī seculū. añ.




Ominus custodit te ab om̄i malo custodiat animā tuā dn̄s. añ. Si iniq̄tates. Euouae.

De profundis clamaui ad te dn̄e: dn̄e exaudi vocē meā. Fiāt aures tue intēdētes ī vocē deprecatōis mee. Si iniq̄tates obseruaueris dn̄e

quis sustinebit. Quia apud te propiciatio est: et propter legē tuam sustinui te dñe. Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in domino. A custodia matutina vsqꝫ ad noctem: speret israel in domino. Quia apud dominum misericordia et copiosa: apud eum redemptio. Et ipse redimet israel: ex oībus iniqtatibus eius. Añ.





Si iniquitates obseruaueris domine domine quis sustinebit. Añ. Opera. Euouae. Ps.

Confitebor tibi domīe ī toto corde meo: qm̄ audisti verba oris mei. In conspectu angelorum psallā tibi: adorabo ad templū sanctū tuū et confitebor nomini tuo. Super mīa tua et veritate tua: quoniā magnificasti super om̄e nomen sanctū tuū. In quacūqꝫ die inuocauero te exaudi me: multiplicabis in aīa mea virtutem. Confiteantur tibi domine oēs reges terre: qr audierūt verba oris tui. Et cantēt in viis dñi: qm̄ magna est gloria dñi: Quoniā excelsus dñs: et humilia respicit et alta a longe cognoscit. Si ambulauero ī medio tribulatiōis viuificabis me: et sup irā inimicorum meorum extēdisti manū tuā: et saluū me fecit dextera tua. Dñs retribuet pro me: dñe mīa tua in seculū: opa manuū tuarū ne despicias. Añ.



pera manuũ tuaꝝ domĩe ne despicias

V. A porta inferi. Erue domĩe aĩas eorum. Añ.

Magnificat aĩa mea dñm. Tuã deus. Euouae. ps. Et exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancille sue: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit michi magna qui potens est. et sãctum nomẽ eius. Et misericordia eius a progenie in progenies timẽtibus. Fecit potentiaz in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede: et exaltauit humiles. Esurientes ĩpleuit bonis: et diuites dimisit inanes. Suscepit israel puerum suũ: recordatus mĩe sue. Sicut locutus est ad patres nostros: abraham et semini eiꝰ ĩ secula. Requiez eternã dona eis dñe: et lux ppetua. Añ.



uam deꝰ de poscimꝰ pieta tẽ vt e is tribuere digneris lu cidas et quietas mãsiões.

Lauda aĩa mea dñm: laudabo dñm in vita mea. Kyriel. xpel. Kyriel. Pr nr. ps.

iam deo meo quamdiu fuero. Nolite cõfidere in princi-
pibus. in filiis hominum quibus non est salus.
Exibit spiritus eius et reuertetur in terram suã:
in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.
Beatus cuius deus iacob adiutor eius spes in do-
mino deo ipsius: qui fecit celum et terram mare et
omnia que in eis sunt. Qui custodit veritatem in
seculum: facit iudicium iniuriam patientibus dat
escam esurientibus. Dominus soluit compeditos
dominus illuminat cecos. Dominus erigit ely-
sos: dominus diligit iustos. Dominus custodit ad
uenas: pupillũ et viduã suscipiet: et vias peccato-
rũ disperdet. Regnabit dñs in secula: deus tuus sy
on in generatione et generationẽ. Requiem eter-
nã dona eis dñe. Et lux perpetua luceat eis. Cre-
do videre bona dñi. In terra viuentiũ. A porta
inferi. Erue dñe animas eorũ. Dñs vobiscũ. Et
DEus q̃ int (cũ spũ. Oremus. Pro epo. Oro.
apostolicos sacerdotes famulũ tuũ pontifi
cali fecisti dignitate censeri presta q̃sumus: vt quo
rũ vicem ad horam gerebat in terris eorũ perpe-
tuo cõsorcio letet in celis. Per dñm nostrũ iesum
OMnipotens se- (xpm. Pro sacerdote. Oro.
piterne deus cui nunq̃ sine spe misericordie
supplicatur: propiciare anime famuli tui sacerdo
tis: vt qui de hac vita in tui nominis confessione
decessit: sanctorũ tuorũ in numero facias aggre-
I (gari. Per dñm nostrũ iesũ. Pro famulo. Or.
nclina dñe aurem tuam ad preces nostras

quibus miam tuā suppliciter deprecamur: vt ani
mā famuli tui. Quam de hoc seculo migrare ius-
sisti in pacis ac lucis regione constituas: et sancto
rū tuorū iubeas esse consortē. Per dñm nostrū.


Q Uesumus dñe (Pro vna famula. Oro.
pro tua pietate miserere anime famule tue:
et a contagiis mortalitatis exutam in eterne sal-
uationis partem restitue. Per dñm nostrū iesum.

M Iserere qs domi- (Pro bn̄factorib⁹. Oro.
ne animabus omniū benefactorū nostroȝ
defunctorū: et de beneficiis que nobis largiti sūt
in terris premia eterna consequantur in celis.

F Idelium (Oracio generalis p mortuis.
deus omniū conditor et redemptor anima-
bus famulorū famularūq; tuarū remissionem cū-
ctorū tribue peccatorū: vt indulgentiā quā sep
optauerūt piis supplicatiōib⁹ consequant. Qui vi.

V Erba mea aurib⁹
pcipe dñe: itellige
clamorē meū. Intēde Añ. Dirige. Euouae. Ps.
voci orōnis mee: rex me⁹ et de⁹ me⁹. Qm̄ ad te ora
bo dñe: mane exaudies vocē meā. Mane astabo ti
bi et videbo: qm̄ nō de⁹ volens iniqtatē tu es. Ne
q; habitabit iuxta te malignus: neq; pmanebūt
iniusti ante oculos tuos. Odisti omēs q operant
iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur men
daciū. Uirū sanguinū et dolosū abhominabit do
min⁹: ego aūt in mltitudine mie tue. Introibo
i domū tuā: adorabo ad templū scm̄ tuū in timore tuo.

Domine deduc me in iusticia tua propter inimi-
cos meos: dirige in conspectu tuo viam meam. Quo-
niam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est.
Sepulchrum patens est guttur eorum linguis suis do-
lose agebant: iudica illos deus. Decidant a cogi-
tacionibus suis secundum multitudinem impieta-
tum eorum expelle eos: qm irritaverunt te dne. Et le-
tentur omnes qui sperant in te: in eternum exulta-
bunt et habitabis in eis. Et gloriabuntur in te omnes
qui diligunt nomen tuum: qm tu benedices iusto.
Domine ut scuto bone voluntatis tue coronasti nos. An.



Dirige domine deus meus in conspe-
ctu tuo viam meam. An. Convertere. Euouae.

Domine ne in furore tuo arguas me: neque in
ira tua corripias me. Miserere mei dne qm
infirmus sum: sana me domine qm conturbata
sunt omnia ossa mea. Et anima mea turbata est
valde: sed tu dne usquequo. Convertere domine et
eripe animam meam: salvum me fac propter miam
tuam. Qm non est in morte qui memor sit tui: in in-
ferno autem quis confitebitur tibi. Laboravi in
gemitu meo: lavabo per singulas noctes lectum
meum lachrymis meis stratum meum rigabo. Tur-
batus est a furore oculus meus: inveteravi inter

omnes inimicos meos. Discedite a me omnes q
operamini iniqtatē: qm exaudiuit dñs vocē fle-
tus mei. Exaudiuit dñs depcationē meā: dñs
orationē meā suscepit. Erubescant ⁊ conturben
tur vehemēter omnes inimici mei: conuertātur
et erubescant valde velociter. Requiem etnā. añ.



Onuertere domie et eripe animā meā
quoniā nō est i morte q memor sit tui. ā. Nequā.

Domine deus meus in te spera-
ui: saluū me fac ex omnibus p-
sequentibus me ⁊ libera me. Nequā Euouae. ps.
do rapiat vt leo aiam meā: dū nō est qui redimat
neqz qui saluū faciat. Dñe deus meus si feci istud:
si est iniqtas in manibus meis. Si reddidi retribu
entibus michi mala: decidā merito ab inimicis
meis inanis. Persequatur inimicus animā meā cō-
prehēdat: et cōculcet in terra vitā meā: et gloriā
meā in puluerē deducat. Exurge dñe in ira tua:
et exaltare in finibus inimicorū meorū. Et exur-
ge dñe deus meus in precepto quod mādasti: et sy-
nagoga populorū circūdabit te. Et pp̄ter hanc i
altū regredere: dñs iudicat populos. Iudica me
dñe scdm iusticiā meā: et scdm innocentiā meā

super me. Consumetur nequitia peccatoꝝ: et diriges iustū scrutās corda et renes deus. Iustū adiutoriū meū a dn̄o: qui saluos facit rectos corde. Deus iudex iustus fortis et patiens: numquid irascitur per singulos dies. Nisi cōuersi fueritis gladium suū vibrabit: arcū suū tetendit ⁊ parauit illū. Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit. Ecce parturit iniusticiā: cōcepit dolorē ⁊ peperit iniquitatē. Lacū aperuit ⁊ effodit eū: et incidit in foueā quā fecit. Conuertetur dolor eius in caput eius: ⁊ in verticē ipsius iniquitas eius descēdet. Confitebor dn̄o scd̄m iusticiā eius: et psallā nomini domini altissimi. Requiem eternā. Añ.



non est qui redimat neqꝫ qui saluū faciat. Vſ. In memoria eterna erūt iusti. Ab auditiōe mala nō timebūt. Pater noster. Et ne nos. Lctō p̄ma.

